



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

vij. De Vsuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

impedimentum, vel opem im-
portare possent, quàm etiam
circa custodiam hæreticorum,
& denique circa plura, quæ ad
eorum officium spectare decer-
nunt^a: sed quia instituti nostri
propositum egrederentur, ea
idcirco prudenter missa faci-
mus.

^a c. ut officiu.
et c. inquisi-
tionis. cod.
tit. in 6. C.
cle. 1. S. 2.
usque ad fi.
o. 1. et cle. 2.

DE VSVRIS,

TITVLVS VI.

VSuræ crimen non mini-
mum existimantur, cum et
testamenti vtriusq; lege di-
ris execrationibus sancitæ sint,
& à iure quoque humano, tam
Cæsareo, quàm Pontificio, re-
pellantur^b. Siue id sit, quia na-
turam superare, & quodam mo-
do violare velle videntur, qui
id agunt, vt pecunia, res suapte
natura nulli propagationi a-
pta, nullo tamè domini labore,
nullaque eius industria, quasi
fructus ex se gignat: seu, quia
pietati contrarium sit, & à Chri-
stiana charitate alienum, nolle
opibus sibi superantibus pro-
ximo egentis gratis suppetias
ferre.

^b c. quod di-
cam. ubi gl.
ucr. reddi.
14. q. 4.

Est autem usura crimen ex
lucro proveniens, quo fors mu-
tuò data accessionem accipit,
vel ex pacto, vel intentione mu-
tuantis. Et cum dixerimus,
vsuram ex mutuo oriri, conse-
quens est etiam, vt in his dun-
taxat rebus committi possit, in

A quibus & mutuuum consistit:
nempe his, quæ pondere, nume-
ro, mensurave constant^c.

^c Ab in Rub.
in usur.

Qui pro mutuata pecunia
fundum pignori accepit, eius
fructus, si quos percipit, in sortè
acceptos ferre debet, non sibi
lucro adscribere, nisi fœnerato-
ris nomen & notâ subire velit^d.

^d c. 1. C. de
conquest.

Sed nec ille hoc peccato erit
solutus, qui maiore pretio rem
suâ ideo vendiderit, quòd pre-
tio persolueno temporis ali-
quod interstitium emptori con-
cesserit^e: nam & hic mutuuum
videtur latere, quamvis extrâ
non appareat. Emptori siqui-
dem venditor pecuniâ viderur
ad rem à se comparandam mu-
tuasse, quâ statuto tempore au-
ctam sibi postea cû fœnore red-
dar: quod sanè ita est intelligen-
dum, si certû erat, venditarum
mercium pretium post vendi-
tionem factam, auctum non iri:

^e c. in ciuitate.

quòd si id fuisset incertû, easq;
merces contractus celebrati tẽ-
pore vltro non fuisset venditu-
rus, aliud dicendû esset^f. Qui
verò decem solidos dat, vt alio
tempore totidè sibi grani, vini,
vel olei mensuræ reddatur, quæ
licet tunc plus valeant, vtrum
plus vel minus solutionis tem-
pore fuerint valituræ, verifimi-
liter tamen dubitabatur, non
est ob hoc fœnerator existiman-
dus: at qui ex eo, q; pecuniarû
à se mutuò datarum periculum
suscepit, aliquid vltra sortem
perci-

^f ca. 12.

percipit, fœneratoris labe non caret^a.

Actanto odio semper est habitum vsurarum crimen, vt Alexander III. olim rescripserit, nec redimendorum quidem à barbaris captiuorum grãtia fœnori dare, aut accipere licere^b.

Quare cùm tam enorme hoc vitium habeatur, meritò etiam graui pœna fuit vindicandum: quocirca ab eodem Alexandro in Concilio Lateranensi statutũ fuit, vt manifesti vsurarij nec ad communionẽ admittantur altaris, nec, vbi in hoc peccato eos mori contingat, sepulturæ concedantur, nec eorum oblationes accipiãtur, & qui contra suprã dicta eos admiserint, dignè puniantur^c: & rursus idem Alexander constituit, vt laici fœnus exercentes vsq; ad dignã satisfactionem vinculo excommunicationis adstringantur, & clerici ab officio & beneficio suspendantur^d, arbitrioq; iudicis relinquetur, à qua suprã dictarũ pœnarũ incipere malit^e.

Atq; vt Lateranensis concilij canon sanctiùs custodiatur, addidit Gregorius, vt quanq̃ manifesti vsurarij de vluris, quas receperunt, satisfieri expressa quantitate, vel generaliter in vltima voluntate mãdauerint, nihilo tamen minùs Ecclesiastica sepultura eis denegeretur, donec de vsuris ipsis fuerit, vt

corũ facultates patiuntur, plenè & integrè satisfactum, vel ijsdem ipsis, qui vsuras soluerint, si præstò sint, vel alij, qui eas possit aquirere, vel his deficientibus loci ordinario, eiusve suffecto, vel Rectori parrochia, sub qua testator habitat, coram aliquibus eius parrochia hominibus integris, aut seruo publico Ordinarij ipsius mandato: quibus quidem personis liceat cautionẽ huiusmodi creditorum nomine huius constitutionis autoritate accipere, ita quòd illis perinde actio acquiratur, ac si ijsdem ipsis creditoribus cautum esset. Et si quidem receptarum vsurarum quantitas fuerit manifesta, illa semper in huiusmodi cautione exprimenda est: sin minùs ea quantitas exprimeretur, quam is, qui cautionem acceperit, iudicio suo arbitratus fuerit: qui, si minorem veritate quantitate sciens fuerit arbitratus, ad reliqua creditori sarcienda tenebitur. Sanxit præterea, ne quis manifestorum fœneratorum testamentis interfit, nec quis eos ad confesionem admittat, vel absoluat, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro viribus facultatum præstent idoneam cautionem, & testamenta contra hæc condita ipso iure irrita esse decernit^f.

*f. e. quanquam
in 6.*

a. d. c. ff.

b. c. super eo.

c. quia.

d. c. præterea.

e. Al. b. d. ca. præterea.

Si verò nusquam appareant illi, à quibus vsuræ acceptæ sint, cum tamen certum sit ab aliquibus fuisse acceptas, poterunt male ablata pauperibus diuidi^a.

a e. cdm tu. c. Michael.

Verum ut iisdem ipsis potius, qui detrimentum passi sunt, reddatur, quam incertis distribuatur, quod certarum sit personarum: optimum erit publicis edictis pronuntiare in locis, à quorum incolis solutæ sunt, ut quisquis fœnoris nomine à se aliquid sciat ablatum, id veniat recepturus^b.

b gl. d. c. quam quâ. in uer. satisfieri.

Fœneratoris quoque hæres poterit iisdem modis, quibus ipse fœnerator posset, si viueret, ad restituendas vsuras compelli^c. Quinimo, si quis fœnerator à sede Apostolica literas impetrarit de vsuris sibi restituendis, vel fructibus sibi in sortem computandis, nulli ei commodo erunt literæ impetratæ, nisi prius restituerit vsuras, quas ab alijs noscitur abstulisse ipse^d, vel auctor eius^e.

c tua nos.

d ea. quia frustra. e c. Michael.

Si aliqui existant, qui procul dubio sint vsurarij manifesti, quamvis nec sint condemnati, nec contra eos propter potentiorum metum, qui eos tuetur, ullus accusator appareat, hi tamen, si alijs argumentis constiterit eos fœneratores esse manifestos, poterunt Lateranensis Concilij pœna puniri^f.

f e. cdm in tua Diœcesis. extra.

Iudæi quoque ad restitutio-

nem vsurarum, quas à Christianis retulerunt, compelli possunt, interdicta eis Christianorum societate^g.

g c. pe. extra.

Utque omnis occasio remoueat, qua contra supra dicta fœnus exerceri possit, statuit idem Gregorius, ne quis dominus, vel vniuersitas patiatur quempiam alienigenam in terris suis domos fœnori exercendo conducere, neve aliquis domos eis locet, pœna tam contra laicos, quam contra clericos, qui hæc fuerint præcepta transgressi, statuta^h. Et Clemens V. Christianorum consortio interdictos esse iussit, quicumque super vsuris soluendis statuta ordinarint, fecerint, scripserint, vel dictarint, vel secundum ea statuta iudicarint, oneratque fœneratores omneis in causis de fœnore vertentibus rationum suarum libros aduersarijs proferre & exhibere.

h c. 1. cod. lib. in 6.

Item eos hæreticos esse decernit, qui asseuerare non dubitarint, minimè peccatum esse fœnerariⁱ.

i de. 1.

In causis super vsuris, vel eas quoquo modo tangentibus procedi potest simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij^k.

k e. dispendio sam. de iudicij.

DE CRIMINE FALSI,

TITVLVS VIII.

Crimen